



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. II. De reparanda Valetudine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

animadverterit aliquid sibi nocere, vel quid aliud necessarium esse, admoneat Superiorem, duo interim observans; Primum, ut in oratione rem expendat; alterum, ut ubi Superiori rem exposuerit, totam eicuram relinquat; nec contendere pergat, sive concedatur, quod petitur, sive non.

P. 3. C. 2. §. 1. & A.

S E C T I O I I.

De reparanda Valetudine.

1. AT pro reparanda Valetudine laxantur spatia caritatis in Societate. Nam ægrotorum cura magna habenda; & ipsi quidem si malè se habere extraordinariè senserint, debent id referre Infirmario, vel Præfecto sanitatis, aut Superiori. Nemo verò medicinam ullam accipiat, aut Medicum eligat, nisi approbante Superiore. Qui tamen, si res poscat, curet vocari Medicum; quidem unus tantum ordinariè esse debet: nisi in casibus quibusdam aliud Superiori videatur.

Sub initia morbi quid agendum.

P. 3. C. 2 §. 6. & G. & R. com. 17. & Præp. 63. & Rect. 59.

2. Adventante autem Medico, Janitor dabit signum pulsatâ campanâ; ut ei ægrotos invisenti adesse possint, qui debent: uti sunt Minister, Præfectus sanitatis, &

Præstanda erga ægrotos, ut convalescant.



# R. Min. 5. &  
 Præf. San. 2. &  
 Infirm. 2. &  
 Jan. 16.  
 \* P. 3. c. 2. G.  
 & R. Præp. 63.  
 & Rect. 59. &  
 R. Præf. San. 2.  
 & Infirm. 8. &  
 Dispens. 1. &  
 Præf. Ref. 8. &  
 Coqui 5.

\* *Iidem quomodo inuisendi.*

γ P. 6. c. 4. A.

z R. com. 29.

*Quomodo se gerere debeant aegroti.*

Infirmarius. # Observetur autem, tam in victus ratione, quam in medicinis, quod Medicus præscripserit. Nec modo id præstandum cum iis, qui decumbunt; sed & pro Convalescentibus in Refectorio sit certus locus; quibus nihil, nisi quod præscriptum ab Infirmario fuerit, apponatur. \*

\* 3. Si verò aliqui ex infirmis, quod in phrenesim inciderint, vel alia de causa, minùs ædificationis, quam par esset, præberent; ex iis paucos assistere, quibus magis consideretur, oporteret. γ Universè autem qui, facultate accepta, ægrotos inuisent; non solùm demissa voce loquantur; sed tanta etiam moderatione, ut illis molesti non sint; atque de iis agant, quæ & consolari ægrotos, circumstantesque ædificare in Domino possint. z De juvenibus Nostris morientibus est in Constitutionibus peculiare Caput 4. Part. 6. sed relatatum est, ubi de extremis Sacramentis agendum fuit, hac eadem Parte Cap. 1. Sect. 3. §. 7.

4. At Infirmi, non solùm observare debent, magna cum puritate, Obedientiam erga Superiores spirituales; ut ipsius animam regant: sed cum eadem humilitate, & cum omnimoda indifferentia, erga Medicos

cor-

corporales, & Infirmarios; ut corpus ejus  
regant; non impatientes, aut morosos se  
exhibendo. Præterea qui ægrotant, curent  
ex morbis corporis fructum capere, non  
solum sibi, sed etiam ad aliorum ædifica-  
tionem, humilitatem, & patientiam suam  
præferendo; verbis piis utendo; quæ osten-  
dant ægritudinem acceptari, ut donum  
de manu Creatoris, ac Domini nostri:

\* Ex. c. 4. §.  
32. & P. 3. c.  
1. §. 17. & c. 2.  
G.



PARS